



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à  
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem  
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

**Coyet, Peter Julius**

**[S.I.], 1658**

Lit. RR. Articulus Recessus Additivi de restitutione navis Norcopiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10534**

quisita juris probatum non fuerit, nihil obtineri queat. Nos vero sumus homines simplices, vix juris patrii, nedum Danicignari: nec conditio nostrain quam redacti sumus, patetur, ut Procuratori cuidam, licet heic qui nobis operam suam locare vellet, reperiri posset, (de quo tamen valde dubitanus) causam nostram agendum committamus. Nam navis nostra una cum exiguis facultatibus nostris nobis est erpta; & insuper multum impensarum heic fecimus, praeter ingentem rei familiaris jacturam, quam ob nostram è patria absentiam patinur, ut è paupertate eluctari nunquam valeamus. Nec R. M. V. graves esse, ejusque auxilium in hoc negotio implorare volumus, nisi summa nos necessitas eò adigat, & tunc demum, quando Domini Legati restitutionem rerum nobis ablatarum obtinere nequivent. Jus vero nostrum juxta stylum fortis Danici persequivelle, ad id sane nec majorum nec posterorum nostrorum facultates omnes atque opes sufficient. Primarius exercitor navis prædatoriz causæ huic se subtrahere, & culpam omnem vel in Capitaneum navis jam mortuum, vel in alios complices tenuioris fortunæ conice-re conatur, cum tamen neque Commissionem Regis Daniæ, quantum nobis quidem innotuit, habuerint, nec teneantur parere ejusmodi Commissioni Polonice, nisi Regis Daniæ consensus & confirmatio accedat heic in mari Balthico &c. Et nisl vel certam pecunia summam, vel ipsas merces ac bona nobis ablata in natura, vel bonas quasdam naves ex carum numero, quas nostri in Jutia & Fionia occuparunt, acceperimus, eo ipso sine omni dubio ad incitas jam dum redacti sumus, & V. R. M. ve*c*tigalia, aliquique hujus generis redditus exinde minuentur, &c. Nec persuademus nobis, Danos bona quædam per publicæ pacis violationem ablata, vigore legum privatarum sibi adjudicare possit. Quapropter ad R. M. V. nos miseri configimus, summa devotione precantes, ne R. M. V. permittere velit, ut supra dicti Dani per pacis publicæ & commerciorum violationem & turbationem se ac divitias suas è tenuibus & privatis facultatibus nostris amplifcent ac in magis augent; quin potius tantum nobis minimum indulgeatur, ut bona nostra, qua sine omni nostra culpa pacis tempore nobis erpta sunt restituantur, siquidem damnum & impensarum, quod tamen serio dolendum, compensatione bearri non poterimus. R. V. M. auxilium devotissimi expectamus, Eandem &c. Hafnia, die 13 Junii, Anno 1658.

Oluff Tøressen. Peter Ingemundson.

Lit. RR.

## Articulus Recessus Additivi de restitutione navis Norcopiensis.

**S**imiliter de omnibus aliis navibus & mercibus, quæ S. R. M. Sveciæ subditæ sunt propriæ, & à Danis ante nuperi belli declarationem seu denunciatiæ captæ & in portus deductæ fuerunt, conventu invicem & promissum est, ut omnes

omnes istæ naves, cujuscunque generis sint, una cum mercibus quibus onus  
stæ erant, sine tergiversatione ac mora, proprietariis suis reddi debeant, aut  
istorum pretium, prævia demonstratione debita, resarciantur. Præprimis  
vero navis Norcopiensis, cuius rector Petrus Ingemundson, quæ à pirata  
Dano, qui Commissionem Polonicam habuisse dicitur, in portum Dani-  
cum deductæ fuit, merces vero impositas subditi Danici acceperunt. Quem-  
admodum in S. R. M. Daniæ Decreto, quod ob hanc causam scripto con-  
signatum fuit, pluribus comprehenditur & declaratur.

Lit. SS.

**Legatorum Suedicorum Projectum prius circa resti-  
tutionem rerum à Carloffio in Guinea ablatarum, Commissi-  
onariis Danicis exhibitum, Haffn, d. 6. Jul.**

Anno 1658.

**N**on majorem etiam certitudinem ac securitatem ab utraque parte mu-  
tuò approbatum & conventum est, ut juxta tenorem articuli unde-  
cimi Pactorum Roschildensium S. R. M. Regnumque Daniæ teneatur &  
obligatum sit, S. R. M. Regnoque Sueciæ, ut & Liberæ & privilegiatæ Sue-  
corum Societati Africanae restituere omne illud, quicquid Henricus Car-  
loffius & ipsius complices ac socii per S. R. M. Daniæ datam Commissionem  
tam in alto mari, quam in terra & littoribus Guineæ abstulere, & ante  
pacificationem Toscopensem neque in portum Danicum neque Hollati-  
cum deduxerunt; ut & resarcire ac compensare pinne istud damnum, quod  
alte memoratae S. R. M. & Societati Suedicæ per expeditionem istam da-  
tum fuit, neinpe taliter & in hunc modum; ut S. R. M. & Regnum Daniæ  
jam statim sine omni cunctatione sæpe dictæ Societati Africanae restitui-  
faciant omnia ista, quæ cunque Carloffius nuper ex Guinea secum attulit, &  
in Albi fluvio non procul Glückstadio habet, & S. R. M. Sueciæ subditis  
eripuit. Sed pro reliquis, quæ reddi statim nequeunt, sive occupatum Ca-  
stellum Capo-Cors, vel alia Suecorum Munitiones & domus mercatoriarum  
in littoribus Guineæ, sive ibi relicta mobilia, ut aurum, navium onerationes  
seu Cargaisons, victus seu cibaria, supellex, mancipia, pecunia quæ societa-  
ti ibidem debentur, naves, apparatus bellicus, arma & tormenta, vel aliud  
aliquid, quocunq; tandem nomine venire possit, quod Suedica Societas  
ibi habet, & haec tenus contra ipsius voluntatem distractum & alienatum est;  
simile etiam pro damnis Sac. Reg. Meijest. Sueciæ ejusque subditis per istam  
Carloffii expeditionem inflicitis, exponit S. R. M. Regnumque Daniæ in  
realem assecuratem & hypothecam

N

cum

